SEXTA LIÇÃO DAS LETRAS ALDINA, E ROMANA.

ABCDEFGHIJKLMNOPQRSTUVWXYZ.

Publium Messienum, equitem Romanum, omnibus rebus ornatum, meumque perfamiliarem, tibi commendo ea commendatione, quæ potest esse diligentissima. Peto à te et pro nostra, et pro paterna amicitia, ut eum in tuam fidem recipias, ejusque rem famamque tueare. Virum bonum, tuaque amicitia dignum tibi adjunxeris, mihi gratissimum feceris. Vale.

Cicero.

Aulium Fusium, unum ex meis intimis, observantissimum studiosissimumque nostri, eruditum hominem, et summa humanitate, tuaque amicitia dignissimum, velim ita tractes, ut mihi coram recepisti. Tam gratum mihi id erit, quam quod gratissimum. Ipsum præterea summo officio & summa observantia tibi in perpetuum devinxeris. Vale. Die decimus ſeptimus Calendas April.

Cicero.

VENTURA INVENTOU.

Deus indulgentiarum Dómine: da animâbus famulorum famularumque tuarum, quorum anniverſarium depoſitionis diem cõmemoramus: refrigeri ſedem, quietis beatitudinem et luminis claritatem. Per Dominum noſtrum Jesum Chriſtũ Filium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitate Spiritus Sancti Deus, per ómnia ſæcula ſæculórum. Amen. Laus Deo Virginique Matri.

Amen.

Lutius Nostius Zoilus est coheres meus: heres autem patroni sui, ea re utrumque scripsi, ut et mihi cum illo causam amicitiæ scires esse, et hominem probum existimares, qui patroni judicio ornatus esset. Eum tibi igitur ſic commendo, ut unum ex nostra domo. Valde mihi gratum erit, si curaris, ut intelligat, hanc commendationem sibi apud te magno adjumento fuisse.

Cicero.

Lucius | eſculpio.

ABCDEFGHIJKLMNOPQRSTUXYZ.